uo dulcedinem eius gustatam. Unde
sapientia dicitur quasi sapore in tuitu condita
scientia. ¶ Item sicut dicitur [?] per intellectum sic
providit per sapientiam maturitatem. De beatitudi
nibus in genere.

Beatitudines
septem sunt secundum distinctionem gra
duum communis octo sunt secundum sententiam
quas salvator enumerat in sermone in mon
te. scilicet ¶ paupertas spiritus. mititas. ¶
luctus. ¶ Esuries iusticie. ¶ Mi
sericordia. ¶ Cordis mundicia. ¶
Pax. ¶ Harum beatitudinum nu
merus accipitur secundum integritatem
perfectionis. ¶ Requiruntur autem ad
perfectionis integritatem tria. scilicet recessus
a malo. processus in bono et perfectus
in optimo status ¶ Sane malum
aut procedit ex timore superbie. aut
ex rancore malicie. aut ex languo
re concupiscentie. Contra hec tria sunt tres
beatitudines. scilicet ¶ paupertas spiritus contra
malum tumoris. ¶ Mititas contra
malum rancoris. ¶ Luctus contra
malum libidinis. ¶ Item perfectus
in bono attenditur secundum duplicem imi
tationem que est secundum vias domini. scilicet misericordiam et
veritatem. De quibus in psalmo. Universe
vie domini misericordia et veritas. Igitur secundum has
duas vias sumuntur due beatitu
dines. scilicet ¶ Esuries iusticie. ¶ Et
affectus misericordie. ¶ Preterea status in
optimo attenditur in duobus. scilicet in
limpida cognitione et tranquilla affec
tione. Et secundum hec sumuntur due ulti
me beatitudines. scilicet ¶ Mundicia
cordis ad deum videndum et pax mentis
ad perfectum fruendum. ¶ Hee beatitudi
nes excludunt vii. vicia capita
lia. ¶ Paupertas spiritus excludit superbiam
¶ Mansuetudo iram. ¶ Luctus in
vidiam. quoniam qui luget pro peccatis aliorum

non invidet illis. ¶ Esuries iusticie
accidiam. ¶ Misericordia avariciam. ¶ Mun
dicia cordis gulam. quia cordis mun
dicia non sinit vivere ad modum bruti
animalis. ¶ Pax excludit luxuriam.
quoniam gustato spiritu desipit omnis caro.
¶ Sicut in enumeratione donorum est
ordo artificialis. quia primo ponuntur digni
ores. ita in beatitudinibus est ordo naturalis.
ubi digniores ponuntur ultimo. De
prima beatitudine

Paupertas
spiritus sumitur hic pro abstinencia
pro amore mundi. vel ab amore carnali
um voluptatum et diviciarum ac proprie
excellencie. Hec tria complectitur amor
mundi. Unde dicitur super Lucam. Pauperes
sunt qui non querunt illecebrosa. Secundum
alios [?] dicitur. pauperes spiritu sunt humiles
deum timentes. Alia glosa dicit. quod pau
peres sunt qui nichil habent et omnia pos
sident. De secunda beatitudine

Mitis est sicut dicit Origenes. qui
nec patitur nec deducitur.
¶ Est autem mititas eadem cum man
suetudine. Habetur enim ex glosa su
per [?]. quod mansuetus est qui nullam a
maritudinem animi sentit. ex quo patet
quod mansuetudo est purgati animi. ¶ Et
potest dici quod mansuetudo est idem cum
paciencia. quoniam paciencia est in sustinencia mo
lestiarum corporalium. mansuetudo
vero in sustinencia contumeliarum. De
Tercia

Luctus est lugere pro peccato
et odire ipsum ita quod insurga
mus ad destructionem ipsius. ¶ Lugere va- (margin: cat)
pro peccato et odire ipsum ita quod insurgere
ad destructionem ipsius. ¶ Lugere autem (margin: cat)
de malo ut fugiamus ipsum in quantum
avertit ab amato sic lugere solius
caritatis. ¶ Lugere vero de aliquo
malo speciali est civilis virtutis. ¶ Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0155

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG